



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

2. Qui sint ministri Ecclesiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

Matth. 7.

Christiana, illi merito suo & sanctitate in Ecclesia sunt: ceteri autem sunt membra putrida, & quasi la-
bes in corpore mystico Ecclesiae: Non omnis qui di-
cit mihi, Domine Domine, &c. Insuper Ecclesia sancta & immaculata est in fide & spiritu Christi, vel in
ipso Christo sancta & iusta, quia Christus caput de-
sponsus suae Ecclesiae sanctus & iustus &c. non sic san-
cta est Ecclesia fidelium, ut non habeat imbecilla mem-
bra, errores, & peccata: corpus enim infirmum est, ideo
quotidie orat Ecclesia, Dimitte nobis debita nostra,
& cetera. Matthaei 6. & quotidie pater agricola purgat
palmites, Ioan. 15. & Apostolus 1. Corinth. 3. delerit
bit Ecclesiam, inquit: Fundamentum aliud nemo
ponere potest. quasi dicat, cognitio vera de Christo
manet in perpetuum, licet sint discrimina doctrinae,
alius enim supra fundamentum extruit aurum, ar-
gentum, lapides preciosos, id est, sanam doctrinam,
opera & pios cultus à Deo mandatos: alius ligna, in-
pulas & foenum superaedificat, hoc est, superstitiosas
opiniones & falsos cultus. Pij igitur sunt vera mem-
bra Ecclesiae, atque Ecclesiam constituunt.

2.

Secundò, Ecclesia Christi habet suos ministros
dispensatores bonorum Christi, quibus ornauit Eccle-
siam suam, & tales ministri sunt Papa ut superior, & E-
piscopi, sacerdotes, & clerici: illi sunt quidem etiam
membra Ecclesiae, non autem ipsi soli Ecclesia sunt, licet
de illis, quia sunt potior pars Ecclesiae, unde ipsa de-
nominetur. sunt iidem & ministri Ecclesiae 1. Cor. 12.
Sic nos existimet homo, &c. sicut enim imperatoris
principum nomine dicitur. quod tota Germania sic con-
ferit, licet solus Caesar cum principibus imperii hoc fa-
cerit: ita dicitur Papae & Episcoporum & Sacerdotum
mine Ecclesiam sic statuisse, unde dictum Christi cum an-
si te non audierit, dic Ecclesiae: hoc est intelligendum
rectoribus & proceribus Ecclesiae, ut Chryloto sen-
tit. Debemus itaque obedientiam praelatis & ministris
Ecclesiae.

in Ecclesia
& quasi la
nnis qui di
Ecclesia fac
Christi, vel
tus caput
non sic fac
ecilla mem
rmū est, idē
ebita nos
icola purga
ath 3. delē
aliud nemo
a de Christo
na docent
t aurum, at
n doctrinam
ius ligna, s
uperstitio
t vera mem
nt.

in Ecclesia, quod sunt pro nobis rationem reddituri, Hebræor. 13. & qui illos audit recta docentes, ipsum Christum audit, cum ait: Qui vos audit, me audit: debemus quoque illis honorem & provisionem, sicut Apostolus 1. Corinth. 9. & 1. Timoth. 5. ex scriptura Deuteron. 25. probat & latissimè deducit, & Galat. 6. Quare quicumque contemnunt ministros Ecclesie, aut eorum autoritatem eleuant, hi Christum ipsum offendunt &c. & luent in inferno pœnam cum multitudi- ne Chore & Abiron, Num. 16.

Tertiò, tribus donis decorauit Christus Ecclesiam suam: primò, vt in illa sit certa remissio peccatorum, donatio Spiritus sancti, vita æterna: idè extra Ecclesiam Christi nulla est remissio, neq; Spiritus sanctus, neq; vita æterna: quare nec Iudæus nec hæreticus excommunicatus potest habere vitam æternā, quia extra Ecclesiam sunt, vbi nulla est absolutio à peccatis. Vnde 1. Cor. 5. De his qui foris sunt, iudicabit Dominus, quasi dicat, Ecclesia illis nō distribuit sacramenta. Habet igitur Ecclesia sacramenta, per quæ certifi- cat accipientem de gratia & remissione peccatorum, nam sic ordinauit Christus atque mandauit admini- strari sacramenta: propter quod mandatum Dei, va- lent & efficaciam habent distributiones sacramento- rum, etiam si vita & mores ministrorū mali sint, mo- dō ritè dispenſent, nec sint hæretici, &c. Porriò Chri- stus ordinauit & dedit Spiritum suum sanctum Ec- clesie, vt illi assistat, & maneat apud illam in æter- num, Ioan. 14. qui cum sit Spiritus veritatis, idè nō facit Ecclesiam errare, & indè dicitur quia Ecce- sia non errat, sed hoc non potest intelligi de omnibus membris Ecclesie, nam affirmat scriptura, horribiles errores in Ecclesia exorituros. Matth. 24. Surgent Pseudoprophetæ, & cætera. Igitur de pijs illis ac veris Ecclesie membris intelligendum, qui rectè credunt & viuunt, quos Spiritus sanctus conser- uabit